Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Feria III: beatus Augustinus: sermo de eo quod Dominus dicit si peccaverit in te frater tuus corripe eum inter te et ipsum solum

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

factionis antidoto secur& ur peccatorū
uenena precum instantia depellant;
ut dnm quem nob delicta fecerant
iracundum; reddant obsequia dig
na placatū; & qui a nob fuerat pec
catoribus offensus; con
fessione nob misericors reddat & pius;

FER· III· INFRA QUADRAG· EBD· III
SERMO BEATI· AVG· DE EO QUOD DNS
Am DIC· SI PECCAVERIT IN TE FRAT
TVVS CORRIPE EV̄ INTER TE ET
IPSV̄ SOLVM·

Admonet nos dns ds nr· non neglegere in
uicem nra peccata· Non quaerendo quid
reprehendas· sed uidendo quid corrigas·
Quippe dixit acutum oculum eius ad ei
ciendum festucam de oculo fratris· qui tra
bem in oculo suo non habet· Quid autē
hoc sit· breuiter insinuo caritati urae·
Festuca in oculo ira est· Trabis in ocu
lo odium est· Quando ergo qui odit
reprehendit irascentem· festucam uult
de oculo fratris tollere· sed a trabe impe
ditur· quam ipse portat in oculo suo·
Festuca initium trabis est· Nam tra
bis quando nascitur· prius festuca est·
Rigando festucam· perducis ad trabē·
Alendo iram malis suspicionibus per
ducis ad odium· Multum enim in
ter est inter peccatum irascentis
et crudelitatem odio habentis· Nam et fi
liis nris irascimur· odisse filios quis inueni
tur· In ipsis quoque pecorib· mater ali
quando bucula· sugente uitulū tedio
quodam auertit irascens· sed in uisceribus
amplectitur matris· Quasi tedium facit
cum inpingit· quaeritur tamen si deest·
Nec damus aliter filiis disciplinā· nisi ali
quantum irascendo & indignando· nec
tamen daremus disciplinā nisi amando·
Usque adeo non omnis qui irascitur odit·
ut aliquando magis odisse conuincatur
si non irascitur· Fac enim puerū uelle
in aqua fluminis ludere· cuius impetu pe
reat· tu si uideris & patienter permittis·
odisti· Tua patientia· illius mors est·
Quanto melius irasceris & corrigis· quem
non irascendo interire permittis· Odium
ergo ante omnia uitandū est· trabis de ocu
lo eicienda est· Multum quippe aliud
est quando quisq· irascens· in aliquo uer
bo modum excedit· quod postea dolet
paenitendo· & aliud est insidias inclusas
seruare in corde· Multum postremo
inter haec uerba scripturae· turbatus est
prae ira oculus meus· Et illo autem
quod dictum est· Et qui odit fratrē
suū· homicida est· Multū inter est·
inter turbatum oculū· et extinctū·
Festuca turbat· trabis extinguit· Hoc
ergo nobis primū persuademus· ad qd

hodie admoniti sumus: ut bene facere atq(ue)
implere possimus: ante omnia non odisse.
Tunc enim quando trabis non est in oculo
tuo. uides quicquid fuerit in oculo & cum
pateris donec eicias de oculo fratris tui.
quod uides nocere oculo fratris tui. Lu
men quod in te est. non te permittit negle
gere lumen fratris tui. Nam si odisti &
uis corrigere: quomodo emendas lumen.
qui perdidisti lumen? Dixit enim & hoc
eadem scriptura. ubi scriptum est. qui odit
fratrem suum homicida est. Qui odit fra
trem suum inquit. in tenebris est usq(ue) adhuc.
Odium tenebrae sunt. Non potest autem
fieri. ut qui odit alterum. non sibi prius
noceat. Illum autem ledere conatur ex
trinsecus. se uastat intrinsecus. Quanto
autem animus noster corpore est maior.
tanto ei prospicere debemus. ne ipse leda
tur. Laedit autem animum suum. qui
odit alterum. Et quid facturus est ei quem
odit? quid facturus? tollit pecuniam. num
quid fidem? Laedit famam. numquid
conscientiam? Quicquid nocet forinsecus.
nocet sibi. Attende quid noceat; Intus
enim sibi ipsi inimicus est. qui odit alterum.
Sed quia non sentit. quid sibi mali faciat.
in alterum saeuit. Eo periculosius iniit.
quo non sentit. quid secum mali agit.
qui saeuiendo & sensum perdidit. Saeuisti
in inimicum tuum. te saeuiente ille nudat(ur)

est. tu iniquus es. Multum interest.
inter nudum & iniquum. Ille perdi
dit pecuniam. tu innocentiam.
Quaere. quis grauiore damno prior per
cussus est. Ille perdidit rem perituram.
tu factus es periturus. Ideo debemus a
modo corripere. non nocendi auiditate.
sed studio corrigendi. Tales ergo si fue
rimus. optime facimus quod hodie am
moniti sumus. Si peccauerit in te frater
tuus. corripe eum inter te aut & ipsum
solum. Quare illum corripis? quia a te
doles quod peccauerit in te? absit.
Si amore tuo id facis. nihil facis. Si amo
re illius facis. optime facis. Denique
ipsis uerbis adtende. cuius amore id
facere debeas. utrum tui an illius.
Si te audierit inquit. lucratus es fratrem
tuum. Ergo propter illum fac. ut
lucreris eum. Si faciendo lucratus
nisi fecisses periteres. Quid est ergo
quod pleriq(ue) homines ista peccata
contempnunt & dicunt. & quid mag
num feci? in hominem peccaui. No
li contemnere. in hominem peccasti.
uis nosse quia in hominem pecca
ndo peristi. Si te ille in quem peccasti
corripuerit inter te & ipsum solum.
& audieris illum. lucratus est te.
Quid est lucratus est te? quia perieras
si non lucraretur te. Nam si non pe

nerat· quomodo te lucratus eſt· nemo er
go contemnat quando peccat in fratrem·
Ait enim quodam loco apoſtolus· Sic
autem peccantes in fratres· & percutien
tes conſcientiam eorum infirmam· in xp̄o
peccatis· Ideo membra xp̄i omnes facti
ſumus· Quomodo non peccas in xp̄m·
qui peccas in membrum xp̄i· Nemo ergo
dicat· quia non peccaui in dm̄· ſed peccaui
in fratrem· In hominem peccaui· Leue
peccatum eſt· uel nullum peccatum eſt·
Forte inde debes dicere leuius· quia cito
curatur· Peccaſti in fratrem· fac ſatis·
& ſanatus es· Cito feciſti rem mortiferā·
ſed remedium cito inueniſti· Quis nr̄m
speret regnum caelorum fratres mei· quan
do dicit euangelium· qui dixerit fratri
ſuo fatue· reus erit gehennae ignis·
Magnus terror· ſed uide ibi remedium·
Si obtuleris munus tuum ad altare· &
ibi recordatus fueris· quia frater tuus ha
bet aliquid aduerſum te· relinque ibi
munus tuum ante altare· Non iraſci
tur ds̄· quia differs munus tuum· te quę
rit ds̄· magis quam munus tuum· Nam
ſi malum animum geris aduerſus fratrē
tuum· & ueneris cum munere ad dm̄
tuum· respondet tibi· Tu periſti· mihi
quid adtuliſti offerens munus tuum·
& tu non es di munus· Plus quaerit ds̄
quem redemit sanguine ſuo· quam quod

tu inueniſti de horreo tuo· Ergo relinque
ibi inquit munus tuum ante altare· & ua
de prius reconciliare fratri tuo· & ſic ueni·
& offer munus tuum· Ecce ille reatus ge
hennae· quam cito ſolutus eſt· nondum re
conciliatus reus eras gehennae· reconciliatus·
ſecurus offers munus tuum ad altare· Hom
nes autem faciles ſunt ad inrogandas iniuri
as· & difficiles· ad concordiam requirendam·
Pete inquit ueniam ab homine quē offen
diſti· ab homine quem leſiſti· Respondet·
non me humiliabo· Uel dm̄ tuū audi·
ſi fratrem tuum contemnis· Qui ſe humi
liat exaltabitur· Non uis te humiliare
qui cecidiſti· & non uis ſurgere· Multū
inter eſt· inter ſe humiliantem & in terra ia
centem· Iam iaces· & humiliare te non uis·
bene diceres· nolo deſcendere· ſi noluiſſes
ruere· Hoc ergo debet facere qui fecit iniu
riam· Qui autem paſſus eſt· quid debet·
quod audiuimus hodie· Si peccauerit in
te frater tuus· corripe eum inter te & ipsū
ſolum· Si neglexeris· peior es· Ille iniuriā
fecit· & iniuriam faciendo· graui ſe ipſum
uulnere percuſſit· tu uulnus fratris con
temnis· tu eum uides perire uel periſſe
& neglegis· peior es tacendo· quam ille con
uiciando· Quando ergo in nos aliquis pec
cat· habeamus magnam curam non pro no
bis· nam glorioſum eſt· iniurias obliuiſci·
Sed obliuiſcere iniuriam tuam· non uulnus

fratris tui. Ergo corripe inter te et ipsum solum. Instans correctioni, parcens pudori. Forte enim prae uerecundia incipit defendere peccatum suum; et quem uis facere correctiorem, facis peiorem. Corripe ergo inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Quia perierat nisi faceres. Si autem te non audierit. id est peccatum suum quasi iustitiam sua defenderit. adhibe illi duos uel tres. Quia in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Si nec ipsos audierit, refer ad ecclesiae. Si nec ecclesiam audierit. sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. Iam noli illum deputare in numero fratrum tuorum. nec ideo tamen salus eius neglegenda est. Nam et ipsos ethnicos id est gentiles et paganos. in numero quidem fratrum non deputamus. sed tamen eorum salutem semper inquirimus. Hoc ergo audiuimus dominum ita monentem. tanta cura praecipientem. ut haec etiam adderet continuo.

Amen dico uobis. quaecumque ligaueritis in terra. ligata erunt et in caelo. Et quaecumque solueritis in terra. soluta erunt et in caelo.

Coepisti habere fratrem tuum tamquam publicanum. ligasti illum in terra. sed ut iuste habeas uide. Nam iniusta uincula disrumpet iustitia. Cum autem correxeris et concordaueris cum fratre tuo. soluisti illum in terra. Cum autem solueris in terra. solutus erit et in caelo. Multum praestas non tibi sed illi. quia multum nocuit. non tibi sed sibi. Haec cum ita sint. quid est quod hodie ex alia lectione primitus audiuimus. Innuens oculis cum dolo. congregat hominibus maestitiam. qui arguit palam. pacem facit. Quomodo. corripe illum inter te et ipsum solum. metuendum est ne sibi contraria sint praecepta. absit. Si enim nos intellegamus. et summa ibi concordia est. non quemadmodum quidam uani sapiamus. Sacrilega enim est illa sententia. Homines errantes opinantur contraria sibi duo testamenta esse. in libris ueteribus et nouis. ut ideo putemus hoc esse contrarium. quoniam illud est in salomonis libro. hoc in euangelio. Aliquis enim imperitus et calumniator diuinarum scripturarum. si sibi opponeret contraria ista et diceret. ecce non sibi concordant duo testamenta. Dominus dicit

Corripe illum inter te et ipsum solum. Salomon dicit. Qui arguit palam pacem facit.

Nescit dominus quid praecepit. Salomon uult confundi fronte peccantis. Christus parcit pudori erubescentis. Ibi enim scriptum est.

Qui arguit palam pacem facit. Hic autem. corripe illum inter te et ipsum solum. non palam sed in occulto. Uis nosse quisquis talia cogitas. non sibi repugnare duo testamenta. quia illud in libro salomonis.

hoc in euangelio repperitur. Aposto
lum audi. Certe apostolus minister
est noui testamenti. Audi ergo apostolum
Paulum Timotheo praecipientem et di
centem. Peccantem coram omnibus
argue, ut et ceteri timorem habeant.
Iam non Salomonis liber cum euangelio,
sed Pauli apostoli epistola uidetur con
fligere. Salomonem enim paululum sine
iniuria reponamus. Christum dominum et
Paulum seruum eius audiamus. Quid di
cis domine? Si peccauerit in te frater tuus,
corripe illum inter te et ipsum solum.
Quid dicis apostole? Peccantes coram
omnibus argue, ut et ceteri metum ha
beant. Quid facimus? controuersiam
istam uelut iudices audiamus? Absit.
Immo sub iudice constituti pulsemus,
ut nobis aperiri impetremus. Fugi
amus sub alas domini dei nostri. Apostolus suo
contraria non locutus est, quia et in il
lo ipse locutus est, sicut dicit: An
uultis experimentum eius accipere, qui
in me loquitur Christus? In euangelio Christus,
in apostolo Christus. Ergo utrumque dixit,
unum ore suo, alterum ore praeconis sui.
Quia quando praeco de tribunali ali
quid dicit, non scribitur in gestis: praeco
dixit, sed ille dixisse scribitur, qui prae
coni quod diceret imperauit. Duo
ergo ista praecepta fratres sic audiamus,

ut nos intellegamus; inter utraque prae
cepta pacem constituamus. Cum cor
de nostro nos concordemus, et scriptura
sancta in nulla parte discordat. Uerum
est omnino utrumque uerum est, sed dis
cernere debemus aliquando illud, ali
quando illud faciendum esse. Aliquan
do corripiendum fratrem inter te et ipsum
solum, aliquando corripiendum coram om
nibus ut ceteri timorem habeant. Si aliquan
do illud, aliquando illud fecerimus, concor
diam scripturarum tenebimus, et in faciendo atque
obtemperando non errabimus. Sed dicet
aliquis: quando facio hoc? quando
illud? ne tunc corripiam inter me
et ipsum solum, quando debeo coram omnibus
corripere. Cito uidebit caritas uestra quid
quando facere debeamus; sed utinam facere
pigri non simus. Intendite et uidete.
Si peccauerit inquit in te frater tuus, corripe
eum inter te et ipsum solum. Quare? Quia
in te peccauit. Quid est in te peccauit?
Tu scis quia peccauit. Quia enim secretum
fuit quando in te peccauit, secretum quae
re cum corrigis quod peccauit. Nam
si solus nosti quia peccauit in te, et eum uis
coram omnibus arguere, non es corrector
sed proditor. Attende quemadmodum
Ioseph uir iustus tanto flagitio quod de
uxore fuerat suspicatus tanta benigni
tate pepercerit, antequam sciret unde

illa conciperet; Quia grauidam sen
serat. et se ad illam non accessisse noue
rat. Restabat itaque certa adulterii
suspicio. et tamen quia ipse solus sense
rat. ipse solus sciebat. quid de illo ait
euangelium. Ioseph autem cum esset uir
iustus. et nollet eam diuulgare. Mari
ti dolum secretum non uindictam que
siuit. Voluit prodesse peccanti. non
punire peccantem; Cum inquit nol
let eam diuulgare. uoluit eam occul
te dimittere; Haec eo cogitante. ecce
angelus dni apparuit ei in somnis. et in
dicauit quid esset. quia non uiolauerat
uiri torum. que sco spu conceperat dnm
amborum; Peccauit ergo in te frater tu
us; Si tu solus nosti. tunc uere in te so
lum peccauit; Nam si multis audienti
bus tibi facit iniuriam. et illos peccauit
quos testes suae iniquitatis effecit; Dico
enim fratres carissimi. quod et uos ipsi
in uobis ipsis potestis agnoscere; Quan
do me audiente fratri meo quisquis facit
iniuriam. absit ut a me illam iniuriam
alienam putem; Prorsus et mihi fecit.
Immo mihi plus fecit. cui putauit pla
cere quod fecit; Ergo coram omnibus
quae peccantur. coram omnib; corripien
da sunt; Secretius quae peccantur. secre
tius corripiantur; Distribuite tem
pora. et concordat scriptura; Sic aga
mus. et sic agendum est. non solum quan
do in nos peccatur. sed quando pecca
tur ab aliquo ut ab altero nesciatur;
In secreto debemus corripere. in secreto
arguere. ne uolentes publice arguere.
prodamus hominem; Nos nolumus
corripere et corrigere. Quid si inimicus
quaerit audire quod puniat; Nescio
quem homicidam nouit eps. et alius illum
nemo nouit; Ego uolo publice corri
pere. et tu quaeris inscribere; Pror
sus nec prodo nec neglego; Corri
pio in secreto. pono ante oculos di iudicium.
Terreo cruentam conscientiam. persuadeo
paenitentiam; hac caritate praediti esse
debemus; Unde aliquando homines repre
hendunt nos quod quasi non corripiamus;
Aut putant nos scire quod nescimus. aut pu
tant nos tacere si scimus; Forte quod scis
et ego scio; Sed non coram te corripio. quia
curare uolo non accusare; Sunt homines
adulteri in domibus suis in secreto peccant.
aliquando nobis produntur ab uxoribus
suis plerumq; zelantibus. aliquando ma
ritorum salutem cupientibus; Nos non
prodimus. sed in secreto arguimus;
Ubi contigit malum. ibi moriatur;
Non tamen uulnus illud neglegimus. An
te omnia ostendentes homini in tali pec
cato constituto. sauciamq; gerenti con
scientiam. illud uulnus esse mortiferum;

Quod aliquando qui committunt. nescio qua peruersitate contemnunt. & nescio ubi sibi testimonia nulla & uana conquirunt dicentes. Peccata carnis deus non curat; Ubi est quod hodie audiuimus: Fornicatores & adulteros iudicabit dominus; Ecce quod adtende. quisquis tali morbo laboras; Quod dicit deus audi. non quod tibi dicit fauens peccatis tuis animus tuus. aut eadem tecum iniquitatis catena ligatus amicus tuus. uel potius inimicus & tuus & suus; Audi ergo quod dicit deus. Honorabiles inquit nuptiae & torus immaculatus; Fornicatores autem & adulteros iudicabit deus; Times ne te inscribat inimicus. & non times ne te iudicet deus; Ubi est fides. Time cum est quando timeas; Longe est quidem dies iudicii. sed uniuscuiusque hominis dies ultimus longe esse non potest. quia breuis est uita. & quia ipsa breuitas semper incerta; Quando sit dies tuus ultimus nescis. corrige te hodie propter cras; Prosit tibi & modo in secreto correptio; Palam ergo loquor. et in secreto arguo; Aures omnium pulso. sed conscientias quorundam conuenio; Si dicerem tu adulter corrige te. primo forte dicerem quod nescirem. forte quod temere audieram suspicarer; Non dico tu adulter corrige te. sed quisquis in hoc populo adulter es. corrige te; Publica est correptio. sed secreta correctio; Scio quia ille qui timuerit corriget se. Non dicat in corde suo peccata carnis non curat deus; Nescitis inquit apostolus. quia templum dei estis. & spiritus dei habitat in uobis; Quisquis templum dei corruperit. corrumpet illum deus; Nemo se fallat; Sed forte aliquis ait; Templum dei animus meus est. non corpus meum; Adicit etiam testimonium. Omnis caro fenum. & claritas eius sicut flos feni; Infelix interpretatio. punienda cogitatio; Fenum dicta est caro quia moritur. sed quod ad tempus moritur. non resurgat cum crimine; Uis nosse apertam etiam inde sententiam. Nescitis inquit idem apostolus. quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti quem habetis a deo; Contemnebas corporale peccatum. contemnis quod peccas in templum. ipsum corpus tuum. templum intus est spiritus dei; Iam uide quid facias de templo dei; Si eligeres in ecclesia facere adulterium intra istos parietes. quid te esset sceleratius; Modo autem tu ipse es templum dei. templum intras. templum exis. templum in domo tua manes. templum surgis; Vide quid agas. uide ne offendas templi habitatorem. ne deserat te & in ruinam uertaris; Nescitis inquit quia corpora. & hoc loquebatur de fornicatione apostolus. ne contemnerent corporalia peccata. templum in uobis est spiritus sancti. quem habetis a deo & non estis uestri. Empti enim estis pretio magno; Si contemnis corpus tuum. considera pretium tuum;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Scio & ego & mecum omniſ homo qui paulo at
tentiuſ conſiderauerit. neminem dm̄ timentem
ſub uerbiſ eiuſ non ſe corrigere. niſi qui ſe putat
quia pluſ hab& uiuere; Ipſa reſ eſt quae mul
toſ occidit. dum dicunt. craſ craſ; Subito
& oſtium clauditur. remanſit foriſ cū uoce
coruina. quia non habuit gemitum colum
binum; Craſ craſ. coruina uox eſt; Geme ut
columbuſ. & tunde pectuſ; Sed plagaſ dan
do tibi in pectuſ. caeſuſ correctuſ eſto. ne ui
dearíſ conſcientiam non caedere. ſed malam
conſcientiam pugniſ pauimentare. ſolidio
rem reddere non correctiorem; Geme non
inani gemitu; Forte enim diciſ tibi. p̄mi
ſit mihi dn̄ſ indulgentiam. quando me cor
rexero; Securuſ ſum. lego diuinam ſcrip
turam. Iniquuſ in qua die conuerſuſ fue
rit ab iniquitatibuſ ſuiſ & fecerit iuſtiti
am. omneſ iniquitateſ eiuſ obliuiſcar;
Securuſ ſum. quando me correxero. dat mi
hi dſ indulgentiam de maliſ meiſ; Et quid
ergo. Dicturuſ ſum dō. Noli illi dare indul
gentiam. dicturuſ ſum hoc ſcriptum non eē.
hoc dm̄ non p̄miſiſſe; Si iſta dixero. omnia
falſa dico; Bene diciſ. uerum diciſ; Indul
gentiam correctioni tuae p̄miſit dſ. nega
re non poſſum; Sed dic mihi rogo te. ecce
ego conſentio tibi. & concedo & cognoſco.
quia indulgentiam dſ p̄miſit tibi. Craſ
tinum diem quiſ tibi p̄miſit; Ubi mihi
legiſ indulgentiam te accepturum ſi cor
rexeriſ. lege mihi quantum uicturuſ
ſiſ; Non lego inquiſ; Neſciſ ergo quan
tum uicturuſ ſiſ. eſto correctuſ & ſemper
paratuſ; Noli timere diem ultimum tam
quam furem. qui dormientiſ effodiat pa
rietem. ſed uigila. corrige hodie. quod
differſ in craſtinum; Longa uita erit.
ipſa longa bona ſit; Prandium bonū
longum fert nemo. & uitam malam
longam uiſ habere; Utiq. ſi longa eſt.
meliuſ bona erit; Si mala. breuiſ ſit;
Bene factum eſt ut bona produceretur;
Sic autem homineſ neglegunt uitam
ſuam. & nolunt habere malum. niſi ip
ſam uitam; Uillam emiſ. bonam queriſ;
Uxorem uiſ ducere. bonam eligiſ; Filioſ
uiſ tibi naſci. bonoſ optaſ; Caligaſ locaſ
& non uiſ malaſ. & uitam amaſ malam.
Ut inter omnia bona tua. ſoluſ ſiſ maluſ;
Ergo fratreſ mei ſi aliquem ur̄m uellem in
parte corripere. forte audiſſ& me; Mul
toſ ueſtrum publice corripio. omneſ me
male laudant; Laudat me aliquiſ. non
amo in uoce laudatorem. & in corde con
temptorem; Cum enim laudaſ & non te
corrigiſ. contra te teſtiſ eſ. ſi maluſ eſ. &
quod dico plac& tibi. diſplic& tibi; Quia
ſi maluſ diſplicueriſ tibi. correctuſ pla
cebiſ tibi; Quod nudiuſ tertiuſ niſi
fallor dixi. in omnib; uerbiſ meiſ ſpe
culum propono; Nec mea iſta uerba

sunt· sed dn̄o iubente loquor· quo ter
rente non taceo; Nam quis non elege
rit tacere· & rationem de uobis non redde
re; Sed iam suscepimus onus quod ab u
meris nostris excutere non possumus.
nec debemus; Audistis fratres mei cum
epistola ad hebreos legeretur; Oboedi
te praepositis uestris & subditi estote.
quia ipsi uigilant ꝓ animabus uestris
tamquam rationem reddituri ꝓ uobis.
ut cum gaudio hoc faciant & non cum
tristitia; Non enim expedit uobis. Quan
do facimus ista cum gaudio. Quando ui
demus hominem proficere in uerbis. Quan
do cum gaudio laborat operarius in agro·
Quando attendit arborem & fructum ui
d&. Quando attendit segetem & fluere
prospicit ubertatem. Non sine causa frigus
& aestus tolerauit; Hoc est quod ait. Ut cū
gaudio hoc faciant & non cum tristitia.
Non enim expedit uobis; Numquid dixit.
non illis expedit· sed dixit· non expedit uo
bis; Nam illi praepositi quando contris
tantur de malis uestris· expedit illis ipsa
tristitia ac prodest· sed non expedit uo
bis; Simul in dominico agro bonum ope
remur· ut simul de mercede gaudeamus;

EXPLICIT SERMO BEATI AUGUSTINI EPI:

Incipit